

III: Editio princeps der epitomierten Translatio s. Epiphanii

Berlin, Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz, Ms. theol. Be lat. fol. 706, fol. 131r⁵¹.

[c. 8] Tempore autem Ottonis⁵² imperatoris primi, sancte memorie Otwinus⁵³, vir religiosus, episcopus Hyldensemensis, transtulit corpus sanctissimi patris Epyphanii ad Saxoniam prefato imperatore consentiente^a, atque cum maxima populi frequentia universique cleri tripudio in ecclesia collocavit. Translatum est autem corpus eiusdem sancti patris decima die⁵⁴ Kalendarum decembrium, et octava Kalendarum Marciarum die⁵⁵ ad locum, ubi modo quiescit, honorifice perductum.

[c. 9] Die vero, qua sancte reliquie perducebantur, populus utriusque sexus occurrit, quos quidam longa podagre tabens molestia, lento subsecutus est gradu, fluentibusque iam nervis, plus gressum baculo quam naturali egit modo. Appropinquantibus itaque sacris reliquiis, cum currendo quis alium prevenire niteretur, repente ab omnibus derelictus, studio quo poterat innixus baculo, suos insequitur, merita sancti patris Epiphanii assidue implorans. Et ecce leniter podagricus humor restringitur, fluentes arterie solidantur, ad cursum plante paulatim reformantur^b. Qui sanatum se videns, sanctas reliquias cum laude prosequitur.

[c. 10] Dominus quoque Vulferius⁵⁶ decanus^c ecclesie Hyldensemensis renum vehementi dolore laborabat, nec medicorum ingenio

51) Siehe zur Handschrift oben bei Anm. 14. Die in eckige Klammern gesetzten Kapitelangaben beziehen sich auf die Edition von GALLISTL, Textfund (wie Anm. 2). Konsonantisches 'u' transkribiere ich als 'v'. Die Interpunktion folgt modernen deutschen Gepflogenheiten.

52) Otto I., ostfränkisch-deutscher König 939-973, Kaiser seit 962.

53) Othwin, Bischof von Hildesheim 954-984.

54) 22. November [962]. Das Datum stimmt mit den Angaben in A, B, C und Ma überein.

55) 22. Februar [963]. Das Datum stimmt mit den Angaben in A, B, C und Ma überein.

56) Vulferius, Dekan der Hildesheimer Domkirche. Über ihn ist sonst nichts bekannt. GALLISTL, Textfund (wie Anm. 2) S. 131 mit Anm. 33 verweist auf die urkundliche Erwähnung eines Wolfherus in einer undatierten Urkunde Bischof Hezilos von Hildesheim (1054-1079), gedruckt im Urkundenbuch des Hochstifts Hildesheim 1: Bis 1221, hg. von Karl JANICKE (Publicationen aus den K. Preußischen Staatsarchiven 65, 1896), Nr. 93, S. 92-96, hier S. 96 unter den Subskribenten Ego Wolfherius canonicus subscripsi. Vgl. Hans GOETTING, Das Bistum Hildesheim 3: Die Hildesheimer Bischöfe von 815 bis 1221 (1227) (Germania Sacra N. F. 20, 1984) S. 291. – In den Namenslisten der während Bischof Udos (1079-1114) Pontifikat verstorbenen